

S. VIII. 33.

EΥΦΗΜΙΑΙ
IN HONOREM NUPTIALEM
&
AMOREM CONJUGALEM

Viri admodum Reverendi & Clarissimi

Dn. CHRISTOPHO-
R! SCHVLTETI SS. THE,
ologiae Doctoris ac Ecclesiae Sedinensis ad D. Ja-
cobi Pastoris fidelissimi vigilantissimiq;

Ipsiusq; Sponsae oculissimae,

VIRGINIS LECTISSIMAE NEC NON
CASTISSIMAE

ELISABETHAE


Reverendi itidem juxta ac Clarissimi Viri

Dn. M. PAULI SCHERTZII p. m.
Pastoris ejusdem civitatis antè hac vigilantissi-
mi relictæ Filix.

STETINI

Typis RHETIANIS,

Anno M. DC. XXV.



ODE NUPTIALIS TRICOLOS TE-
TRASTROPHOS.



Uicunque vitam transigit in locis
Solis, repellens præmia virginis
Jucunda Cypri, vel videtur
Angelus, aut Deus esse quidam
Ut Autor æquus, testis & arduus
Hujus, Sophorum flos genuinus est:
Natura quippe non requirit:
Solum hominem sine compa * esse,

Bellum cui infert, qui thalami pii
Facies jugales, & socialia
Ejus recusat vincla, quique
Abjicit æqua statuta Jovæ.
Ergò supremus Rex, hominum sator
JEHOVA, mandat sic sociam sibi
Viræ piæ quemcunq; ritè
Jungere, sic & inire rædas,
Sumant ut augmen, tum numerum velant
In majus, omnes stirpe hominum sati;
Ut sentiant actus pudoris,
Et thalamos fugiant iniquos,
Multos trahunt qui perniciem in malam,
Est ergò lecti debita vineula
Subire res sancta, ac honesta
Jussa Dei sequier benigni.
Sanctissimus Rex, conditor omnium
Rerum, creatum conspiciens opus
Dextræ manus, nimirum Adamum,
Absq; pia sociâ vagantem.
Dixit: Bonum non est, hominem in locis

Latere folis sic sine conjuge;
Addamus ergò illi venustam
Virginem, & eximiam medelam;
Quà majus haud est, quod genus & fides
Virtusq; ditant; quà potis est suam
Vitam levare, sic vicissim
Illa piis potis est adesse
Verbis, & illum mirifico modo
Blandis loquelis, rebus in arduis
Juvare, cæteros labores
Exhibitâq; manu levare.
Ergò supremus terrigenum Sator,
Defessi Adami dissecuit latus,
Et inde sumpsit arte mirâ
Costam, & Evam fabricavit aptè.
Felix es ergò, gratus & es Diis
SCULTETE DOCTOR, quod minimè Dei
Summi Ter-Optimi recusans
Jussa, tori subeas capistrum,
Quod bella tecum gestat Amasia
Virtute fulgens, quà potis es tuam
Vitam levare, sic vicissim
Illa piis potis est adesse
Verbis, simul te mirifico modo
Blandis loquelis rebus in arduis
Juvare, cæteros labores
Exhibitâq; manu levare.
Hoc fœdus Autor Conjugii, simul
Fautor secundet, sit comes inclytus
J E H O V A, fortunet laborem
Prosperitate, Sator pudoris.
Ambosq; vitam ducere Troicam
Concedat, immò & tempora Nestoris
In pace, tranquillâ quiete
Vincere, sicq; replere vitam.

Ut ar

Ut arva Bacchi pinguiā palmites
Ut largus imber, fulgidus & color
Florum, hortulos ornant, domum sic
Condecoret numerosa proles.

Fausta acclam. causa f.

Georgius Magirus Primisl.

Sponiae Cognatus.

Εν χή μν. άλλοι μεγαλαυχία δώρα φέρωσι
Νυμφίε σοι, ευχαίς ὄγκῳ ἐνεσθι ἀεί.
Εἰή σύνδορπῳ χερσὸς θνητῶν λαῶ,
Εὐχομαι, αὐτὸς μὴ ἐστὶν ἀνευ δόσεων.
Οὐρανὸς ἄστρα πῶσα, Φάμμεν καὶ Νεῖλῳ ἀγαθὸν ῥεῖ
Ἰ χθύας ἀγλάσσοι πνίῳ εχει βρεμέθων:
Χάρματ᾽ ἅσα ἔχειν ἐν στήθεσιν εὐχομαι ευχαίς
Καὶ συμβαίνωσιν σύμφορα πάντα πνί.
Χάριτε καὶ ἀμφο, καθάπερ θέμις ἐστὶ γαμῶσιν,
Εὐφρονα καὶ καθαρὸν θυμὸν ἔχοντες ἀεί.
Ζήσοιτε εὐσεβέως μακρὴν ζωὴν τε ἀμεμπτον,
Γνησίη ἐν ἀγάπῃ καὶ Φίλῃ εὐτυχία.
Οἰκτρῶν βασιλεὺς τὰ ὑπέροχα δάματα νάων
Γαμβρὸς μελογάμμοι ὑμεῖσι εὐλογεῖ
Καὶ Φιλῶ ἡμέτερῳ λυτρωτῆς χερσὸς ἰησῶς,
Πνεῦμα θεῶ νοερῶ ἀγλαὰ δώρα φέρειν,
Εὐλογεῖ ὑμᾶς κ' ἐρατῶ βλασημάτ᾽ ἀκέρω.
Πολλὸ ὑμᾶς τελέσῃ φίλῳτα τέκνα φέρειν.
Τόνομά σοι χαρίεν θεὸς ὑψιμέδων παρέδωκεν
Εἰς νύμφῃ χαρίεις, ἢ χάρεισα πνί.

Τῆς εὐφημίας χάριν ἐποίησε

ANDREAS RHODIVS

Lychenâ-Marchita.

FINIS.



92116 Bibliotheca 105 000
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S.VIII.33

